



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

De submissione præceptum. 142

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

nam exteriorem pleramque formavit; & exemplis fermè quid de illa sentiret, ostendit. Lacer, ac tunica malè facta, vix dimidiàm textus, orbem perambulabat. Pauperum diuersoria, quàm loca lautiora malle; semperque inter plebem pro ignoto mendiculo, contemni affectabat: tum denique lætitijs perfundi se ratus, quoties conuitijs ludibrijsque aspergeretur. Addidit exemplo præceptum: Longè in infima terræ ei descendendum, qui eniti in sublime olim vellet: tum deinde; ad corrigendos æui mores, salutemque animorum administrandam, maius ab hac Modestia momentum haberi; quàm si auctoritas intempestiua se ostenderet. Dicere illum interim meminisse; familiares sibi omnes documento, ad virtutem esse; seseque, ad quosuis pœne comparatum,

erubescere; neque ab alio, quam
 à semet offendi. Scio & alicubi
 fassum; se, quoties diuina etiam
 cum facinorosis loqueretur, sem-
 per lucri aliquid fecisse: quod du-
 ceret seipse longe vtiq̄ue impro-
 biorem. Cui rei dicere identidem
 solitabat; Neminem alium esse
 mortalem, qui pluribus assidue
 beneficijs occupatus, ceterum
 tam exiles Deo gratias habuisset,
 eiusque obsequij perinde secors
 viueret. 143 Mihi familiarius a-
 peruit aliquando, id precibus se à
 Deo flagitasse, vt mortui cadauer
 inhumatum in cenum prouolue-
 retur, ferisq; & volucris pabu-
 lum esset. Nam quid ni ego, me,
 inquit, hac deuotione dignum
 censeam, qui pars vltima sim cæ-
 ni! Certè verò, nisi alijs consule-
 ret, nudum iturum se, aiebat fuis-
 se, & compita foraq; percursatu-
 rum, vbi luto perlitus, pro stulto
 infa-

infa
 ter
 bat
 tra
 ipse
 tur
 & o
 der
 ei c
 Egu
 gno
 sanc
 cū
 Iaco
 ciet
 spic
 di v
 raba
 & sa
 stud
 calle
 pert
 disp
 bed

infa